

## **Libri tres nevorum / [Filippo Finella].**

### **Contributors**

Finella, Filippo, 1584-?

### **Publication/Creation**

Antwerp : 'Ex Officina [sic] Plantiniana apud B. Moretum; [i.e. Naples] : [J. Gaffarus], [1632?]

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/jcaw4rsn>


### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>











L. XIII

FINELLA

7186/A

Mizt. 5.

- 2) Liber I nevorum [1632?]
- 1) Soliloquium Salium. 1649.


4 prelim leaves of 'Liber I nevorum'  
are bound at end of prelims of  
'Soliloquium Salium'

22.6.1/A

26 B. (16) 20219

Muncato

Butcher  
4/08



SOLILOQVIVM  
SALIVM  
PHILIPPI  
FINELLI.



---

Neap. Typis Iacobi Gaffari. 1649.

Potest imprimi.

Hoc per lecto Opere; nil contra  
fidem , nequè bonos mores  
Reperi. 10. Octobris 1644.

Donatus Anton. Stella.

IMPRIMATVR.

Gregor. Peccer. Vic. Gener.

Reg. fol. 47. Per me F. Iosephum  
de Rubeis Ordin. Min. Conu.  
Emin. Card. Philam. Theol. &  
Consult. Sancti Offic.


LIBER I. NEVORVM.

(2)

*De Neuis in Frontis lineis apparentibus.*

Cap. I.



4 prelim. II.  
are with prelim. of



FIGVR A PRIMA. I

**H**OMINI siue mulieri, in prima Frontis linea Lu  
næ situatione ex parte dextra neuum haben-  
tibus, ut in superiori prima figura videtur, fœlicita-  
tem in coniugijs, bonamque fortunam significat.  
Neuus iste est Iouis Martisque natura, Cani maiori  
primæ magnitudinis stellæ ascribitur.

A De



## FIGVRA SECVND A.

CVm homo , vel mulier in ipsamet frontis linea  
Lunæque situatione ex parte lñistra neuum  
hauserint . veluti in ipsa inspicitur figura , infausta  
connubia contrahent , adulteria committent , & à  
Martilibus , & Saturninis damna patientur : hic ne-  
uus est Mercurij , & Martis natura , Cani minori  
stet illæ primæ magnitudinis affectus .

Homo

¶¶¶¶¶



## FIGVRA TERTIA.


**H**omo aut mulier in frontis medio, & in medio Lunæ lineæ neuum gestantes sicut ex teria coniçit figuræ in long s itineribus, mercibus que peragendis fortuna secunda fruentur, neuuus vero est Martis natura, capiti antecedeati gemini, stellæ secundæ magnitudinis datur.



## FIGVRA QVARTA.

**V**ir siue mulier, cum in dextra frontis parte, in secunda Mercurij est linea neuo polluerint, ut in quarta annotatur figura, in omni erunt mer- cium genere, ac in longis extra patriam itineribus sœlices; neuuus hic est Mercurij Iouisque natura: Ca- præ tribuitur, stellæ primæ magnitudinis.


Cùm



## FIGVRA QVINTA:

CVm homo , vel scœmina in ipsa Mercurij linea  
ex parte sinistra frontis neuum tenuerint, ve-  
lut in quinta ostentatur figura , tam in longis fient  
icineribus, quam negotijs omnibus , & mercaturis  
infausti:iste neus est Martis, Mercurijque natura ,  
sinistrum Orionis humerum stellæ secundæ ma-  
gnitudinis amplectitur .

IA 3 Vir TUQ



## FIGVRA SEXTA.


**V**ir, & mulier quando in medio Frontis in ipsa  
Mercurij linea neuum portabunt, uti sexta fi-  
gura exprimit, magna eis ingenij spondet, magno-  
ve fortunæ bona, negotiorum industrieque causa  
acquirent: nevus hic, Martis, & Mercurij natura  
est, oculo Tauri stellæ primæ magnitudinis astrui-  
tur.

Homo

*De Veneris situatione.*

FIGVRA ADOLENTIVMDA.  
**H**omo, vel mulier cum ex d<sup>e</sup>xtra parte frōtis in  
tertia linea, quæ Veneris situatio est, neuum  
capesserint, quemadmodū ipsa septima delegat figu-  
ra, amicitiæ matrimoniorumq; causa faustorum for-  
tunati fient: mulierem præterea nobilem viro in cō-  
jugem, virumq; nobilē mulieri indicat, iste neuus Sa-  
turni est Venerisq; natura, stellæ Cassiopeæ pectoris,  
stellæ tergiæ magn. insertur,


A 4 Ho-



## FIGVRA OCTAVA.

**H**omo aut mulier neuum in sinistra parte frontis in ipsa Veneris linea petientes, vt ipsa Octaua pendet figura, cunctis in negotijs, & actionibus infortunatos, ac inimicitias, & carceres multis cum discriminum generibus eos passuros protendit. Martis Lunæque natura est hicce neuus, pleiadi bus quintæ magnitudinis stellis accommodatur.

Homo




## FIGVRA NONA.

**H**omo, vel Fœmina, cùm in ipsius medio tertie  
lineæ Veneris neuum possederint, vt ex No-  
na dispicitur figura, longam utriusque vitam police-  
tur, spondetque ex mortuis hæreditatem. is Neuuus  
est natura Saturni, & Veneris, Præsepx stellæ secun-  
dæ magnitudinis apponitur.

Cum

*De Solis situatione.*



FIGVRA DECIMA.

Cum homo, seu scemina in dextra parte frontis  
in quarta linea, quæ solis est situatio neuus  
obtinuerint, veluti ipsa decima lucificat figura, Prin-  
cipibus Dominisq; allubescent, ac munera, dignita-  
tes, magnosue fortunæ prouentus eis promittit. hic  
neuus est Iouis, & Martis natura est, Cordi Leonis  
stellæ primæ magnitudinis subditur.

Vir

¶¶¶¶¶



FIGVRA XI.

**V**ir, seu mulier neuū in sinistra parte frontis in ipsa quarta Solis linea subeuntes, vti 11. declamat figura, ab eorū (si quæ erunt) dignitatibus, & officijs pellētur, homini præsert in carceres ærūnasq; per grandes à Principibus, & Dominis minit, mulieri verò bonorum honorisè iacturam non paucis tribulationibus. neuus hic est Martis, & Lunæ natuṛa, Præsepi stellæ nubilosæ tertia magn. addicitur.

1600. 1600.



## FIGVRA XII.

**H**omo siue mulier in medio Frontis, linea So-  
lis Neuo exculti, ut ipsa Duodecima insculpat  
figura; scelices declarantur, homo signanter in cōdu-  
cendis Terris, vassallis dominando, prædiaq; cultiuā  
do, mulier aut̄ bonā in cūctis, ac principale fortunā  
habendo: iste Neuuus Saturni, & Veneris natura est  
lucidae hydræ secundæ magnitudinis stellæ innitut.

Homo

*De Martis situatione.*



FIG V R A X III.

**H**omo, vel sœmina in dextra frontis parte in linea quinta situatione Martis neuū carpentes, velut 13. difinit figura, felici in cōtrahēdis matrimonijs sorte fruētur; homo in militia magnopere fortunabitur, & sœmina fortunæ honorum, ac ex mortuis legatorū nō mediocrē faciet sui causa ingenij adeptionem. Neus iste est Iouis, & Veneris natura, lucidæ fluminis stelle 1. magnitudinis censetur.



FIGVR A X I V.

**H**omo, vel Fœmina cum in parte sinistra frontis in linea situationis Martis à nevo fuérat occupati, uti 14. deuclat figura, in serias præfigurat, homo proditorum homicidiū patrando, & mulier sua erit mala conditione causa illius. neuus natura est Saturnina, stella suppotatur, quæ certi venter dicitur, stellæ tertiae magnitudinis.

Homo



**H**omo, ut mulier cū in medio lineaे situatio-  
nis Matris in frōte neuum traxerint, sicut 15.  
detegit ngura, cunctis in rebus, prosperam fortien-  
tur fortunam, homo circa munera, officia, ac digni-  
tates, mulier verò fœlicibus in matrimonij, multis  
cū fortunæ bon s. dic nevus est natura Iouis. & Mar-  
tis, Umbellico equi alati stellæ secundæ magn. connu-  
meratur.



*De Iouis situatione.*



FIGVRA XVI.

**Q**vando in hominis, vel mulieris frontis dextera parte, in linea Iouis situatione Neuus exiet, quemadmodum 16. clarescit figura, principalem ex hæreditate fortunam, & Ecclesiæ substantiam prædiscit neuus est Martis Iouisque natura, Scorpionis cordi stellæ secundæ magnitudinis e<sup>st</sup> numeratur.

Cum



FIGVR A XVII.

CVm homo vel mulier neuum in fronte in ipsius  
medio lineaç situationis Iouis fuerint experti, ve  
lut 17. euergit figura, impios ac fraudolentes eos fo  
re interminatur; hominem homicidium aliquod,  
mulierem omne scelerum genus perpetratos. hic  
neuus est Martis, & Mercurij natura, Scorpionis  
caudæ stellæ tertiae megn. traditur.

omoh

B

Homi-

663



F I G V R A X V I I I .



**H**omini siue mulieri neuum in fronte vhen-tibus in ipsius lineæ Iouis medio , vt ipsa enucleat figura, bonam, & amplam fortunam cum diuitiarum copia multa celebrat ; hic neius est natura Martis, & Mercurij , Herculi stellæ tertiae magnitudinis affimatur.

Homo

*De Saturni situatione.*

FIGVRA XIX.

**H**omo, vel mulier protractantes neuum in dextra parte frontis in linea Saturni situatione, sicut figura 19. edisserit, maxima opum affluentia potentur, ac ex mortuis hereditatem capient, diuitiasque amplius inexpectatas. neuus hic Veneris, & Mercurij natura est, liræ stellæ primæ magnitudinis adsciscitur.




FIGVRA XX.

**Q** Vando homo, vel mulier in sinistra parte frontis in metipsa Saturni linea nevo opprimentur veluti 20. aperit figura, in fortunia, excidia, carceres quoque perpetuos, multa vero acerbitatum genera edicit eis, homini praecipue exilia, mulieri vero curas, & aegestates, iste nevus est natura Saturni, Iouis, & Mercurij, Capricorni caudae tertiae magni stellae astipulatur.

Ho-

¶¶¶¶¶



FIGVRA XXI.

**H**omini, vel mulieri in quorum fronte in media linea Saturni nevus orietur, sicuti in 21. percipitur figura, bona fortunæ ex terrarum cultu ratione, ac facultates eorum causa ingenij denotat. nevus Martis, Iouisque natura est, Aquilæ volanti stellæ secundæ megn. adiudicatur.

## ANNOTATIO.

**O**B illius maiorem intelligentiam, quod de prænotatis hucusque Neuis prolatum est, non ignoretur eorum significantes, & cum stellis fixis correspondentiam in tantum sortiri, in quantum circa modum quo in tribus illis linearum septem Planatarum locis principalibus situati sunt, considerabuntur (hoc est) in dextra in medio, & in sinistra parte frontis, & propriè intus ipsas lineas, velut in præcedentibus clare monstratur figuris; & quod de his, hoc & de sequentibus inquimus.



*De neuis in dextera parte frontibus extra  
septem lineas principales manantibus.*


Cap. II.



FIGVRAXXII.

**H**omo, seu mulier cum neuum in parte dextra frontis inter situationem, Iouis & Saturni detinuerint, uti 22. explanat figura, ad luxuriam summopere pro cliues destinantur, illique actui valde dediti, cuius neui natura Veneris est, & Martis, caudæ Cigni stellæ secundæ magnitudinis aptatur.

B 4 Fi.



FIGVRA XXIII.

**H**omo, vel mulier quando in parte dextra frontis neuum retinebunt inter Martis, Iouisq; lineam, ita ut ullam earum tangat, quemadmodū 23. explicat figura, bona abdita, res vè non pensata, ac in annorum maturitate hæreditatem assequuturi perhibentur. hic nevus Veneris, Mercurij, & Martis natura est. auultori cadenti stellæ magnæ sifit.



Virum



FIG V R A X X I V.

**V**irum, ac mulierem neuo in dextra parte frontis, inter lineam Solis, & Martis nullam earum tangente, ut in figura patet 24. ornatos, à Principibus, & Magnatis valdè amari facit, diuitijs quoq; secundauè fortuna ex mercaturis in itineribus longis affluere. iste nevus est natura Veneris, & Mercurij, Coronæ lucidæ secundæ magn, stellæ presentatur.

Homini



FIGVRA XXXV.

Hominis, siue mulieri cum in ipsorum dextra parte frontis inter Veneris, & Solis lineas neuus apparebit eas non percutiens, sicut in 25, constat figura, bonam, ac principalem in negotijs subministrabit fortunam, atque cunctis in eorum actionibus felicitatem cum substantijs, honoribus, & hereditatibus. Hic neuus est natura Iouis, & Martis, cordi Leonis stellæ primæ magn. destinatur.

inimicorum

Cum




FIGURA XXVI.

Cum nevus in fronte hominis, siue mulieris ex parte dextra, inter Mercurij, & Veneris lineas fuerit exortus, velut in 26. excipitur figura, fœlices in connubijs fortunatosque prædictit, liberos quippe elegantes fausta fortuna præditos concedit. hic nevus est Veneris, Mercurij, & Iouis natura, Spicæ virginis stellæ primæ magnitudinis collocatur.

Cum



FIGVRA XXVII.

**C**Vm homini, vel mulieri in eorū fronte ex parte dextra inter Mercurij, & Lunæ lineas neuus micauerit, vti in 27, splendescit figura, longam incolumentq; vitam, ac prosperam fortunam, ingenium quoque & industrias cum diuitiarum incremento deputat. hic neuus est natura Veneris, & Mercurij, fundo vasis stellæ quartæ magn. associatur.

Homo




FIGVRA XXVIII.

**H**omo, aut mulier cum neuo fuerint in dextra parte frontis, inter supercilium, & Lunæ lineā insigniti, sicuti 28. enodat figura, bonos ac iustos assequentur quæstus, & cum extraneis magis quā cū patricijs fortunabuntur, lucraq; maiora extra patriā quam in patria facient. hic neuus est natura Iouis, & Martis, cani maiori stellæ prime magno copulatur.

Homo

30 PHILIPPVS PHINELLA AVCT.

*De Neuis in sinistra parte frontis nascentibus. Cap. III.*




FIGVRA XXXIX.

**H**omo, vel mulier quorum in fronte, & parte sinistra inter lineam, & situationem Iouis, & Saturni erit patens neuus, veluti 29. instruit figura, in omnibus quibus se admiscent negotijs, & præcipue litibus infausti incutientur, ac in mercaturis infelicissimi. hic neuus est natura Veneris, & Martis, cauda Cigni stellæ secundæ magn. comparatur.

omphali

Homo

(682) (683)



## FIGVRA XXX.

**H**omo, vel mulier cūm fuerint tieuo depresso ex parte sinistra frontis inter lineas Martis, & Iouis, quemadmodum 30. elucidat figura, ad lites magnasq; persecutiones se pronos esse sciant, ac contentionibus, & odijs nonnunquā vallatos, & præsertim inter se ipsos coniuges; nec leuem corporis experiētur læsionem, mulier signanter ægritudines, adulteria, & enormia, hic neuus est natura Saturni, & Martis, serpentarij capiti stellæ tertiae magnæ inscribitur.

Quando



FIGVFA XXXI.

**Q**vando in hominis, vel mulieris sinistra parte  
frōris inter Solis Martisque situationem nenus  
enascitur, vt 31. eliminat figura, ad inimicitias,  
calamitates, & lites paratos eos deputat, homini ali-  
quod tribuit morbum testicolo, mulieri duos exhi-  
bet viros, ac adulteram efficit, iste neuus Saturni, &  
Veneris natura est, sinistre Serpentarij palmæ stellæ  
quartæ magn committitur.

Cum




FIG V R A X X X I I .

CVm homo, vel mulier fuerint in frontis parte si-  
nistra inter Solis, & Veneris lineas neuo one-  
rati, sicut 32. exponit figura, infausti, ac breui vita  
erunt, dominosq; sibi infensos excitant. hic nevus  
est natura Martis, Vrsæ maiori stellæ secundæ ma-  
gnitudinis proscriptitur dorso.

C Homi-

FIGVRÆ XXXIII



FIGVRÆ XXXIII

**H**OMINI siue scem næ , quando inter Mercurij,  
Venerisq; lineas ex parte sinistra frōtis neuus  
erit, velut 33. elicit figura, calamitosi luxuriæ causa  
sient, carceribus, ac tribulationibus homo non care  
bit, nec muliet infirmitate, & inopia neuus est natus  
ra Saturni, & Martis, dextræ Corbi stellæ tertie una  
gritudinis donatur.

Homi-




FIGVRA XXXIV.

**H**omini, vel mulieri in sinistra frōtis inter Mercurij, & Lunę lineas neuū supportantibus, vt in 34. circumspicitur figura, erūnas carceresq; delineat, prēterea ad falsitates hominem diuersimode patrandas, mulierem. itidem ad similitates, & adulteria flectit. neuus est natura Martis, extremitati catu dæ vīse stellæ secundæ magn. præscribitur.

C 2 Homo

26425639




## FIGVRA XXXV.

**H**omo, siue mulier, in sinistra frontis inter supercilium, & Lunę lineam nevo offendit, veluti 35. offendit figura, petulantiae ac libidini subduntur portenditque eis paupertates in senectute atque miseria. neuus est natura Martis capiti sequenti, stellæ secundæ magn. æquiparatur.

DE

De Neu is in medio frontis  
manantibus, in secunda  
nostra, quam lucubra-  
bimus parte, age-  
mus.




*De neuis, circa dextrum oculum Soli attrahentibus scaturientibus. Can. IV.*



## FIGVR A XXXVI.

**H**omo, vel mulier, cū in ipsius oculi parte dextra Neuo fuerint decorati, sicuti 36. cum communica figura, scelicia utrisque prestat coniugia, hominem insuper in mercibus, cunctisque negotijs faustum facit. neuus est natura Iouis, & Martis cordis Leonis stellæ primæ magn. adæquatur.

I Homo




FIGVR A XXXVII

**H**omo, vel scemina quando in medio ex inferiore parte oculi dextri nevo venustabuntur quemadmodum in ipsa 37. extudit figura, bona faustaque eis obtendit connubia, ac non semper ipsa fortuna durabit. Neuuus Saturni est, & Veneris natura, lucidae hydræ exequitur stellæ secundæ magnitudinis.

Homo

C. Homo



## FIGVRA XXXVIII.

**H**omini sive mulieri, in oculo dextro ex inferiore parte erga nasum neuo praeditis, ut 38. effert figura, sorte in prosperam, bonaue lucra inde striæ causa designat: nevus hic in hac ipsa parte, geminae viro uxores, geminosq; mulieri indulget mariti. s. preterea in mercibus homini, mulieri; q; bonoru ex matrimonij cumulum censet. nevus ipsius est superioris planetæ, & stellæ natura.

Homo

*De Nevis in sinistro oculo Lunæ illalo, ex-  
euntibus. Cap. V.*



FIGVRA XXXIX.

**H**omo, aut mulier, in sinistro oculo erga tempora nello affecti, sicut 39. promit figura, factis, indecentijs, & enormibus concitantur; h. minem homicidijs ac turpi, violentique neci, mulerem adulterijs breuiq; vitæ deditos. nevus est natura Marnis capiti sequenti Gemini stellæ secundæ magnitudinis demandatur.

Homo



FIGVRA. XXXX.

**H**omo, vel mulier quādo in ipsius oculi sinistrū medio ex inferiori parte ferientur nevo, velut 40. offert figura, quamplurimis subijcentur discriminibus, iaculisque petentur; mulier præcipue exitia, variisque calamitates degustabit. Neuus Mercurij, Martisque natura est, cani minori stellæ primæ magnibratur.

Homo



FIGVRA XXXXI.

**H**omo, sicut mulier, ex inferiori parte sinistri oculi erga nasum nevo afficitur. propala figura, veneficijs, subitoque leto constituuntur. Neuns est natura Saturni, & Mercurij, Canopo rem australis arginauis stellæ primæ magnitudinis dedicatur.

Homi-

*De neuis ex parte superiori oculi dextri Se-  
li attributi ortum habentibus. Cap. VI.*




## FIGVRA XXXXI.

**I** T omimi, aut mulieri, in qualibet superiori parte  
oculi dextri, neuo honestatis, veluti ex 42. col-  
ligitur figura, locuples eorum in cunctis excitatur  
fortuna negotijs. ij neui Iouis, Martisque natura  
sunt, cordi Leonis stellæ prime magnitudinis præ-  
ficiuntur.

LIBER I. NEVORVM. 45

De neuis in superiori sinistri oculi parte Lu  
næ addicti emanantibus. Cap. VII.



FIGVR A XXXXIII.

Vando homo, vel mulier in qualibet superior.  
sinistri oculi parte nevo angentur, sicuti 43<sup>i</sup>  
proponit figura, cruentas decernuntur hab.  
re cruras, ac modicæ in cunctis eorum esse fortue  
næ negotijs, multis cum infortunijs. tres isti neu.  
sunt natura Martis, nec quidquam boni faciunt.

Homo

*De neuis, in aure dextra à Saturno prædominata, orientibus. Cap. VIII.*



## FIGVRA XXXIV.

**H**omo, siue mulier in medio dextre auris neuo  
anxij, quemadmodum ipsa 44. reuelat figura, pro-  
ditoriū iudicatur perficere homicidiū, ac eorū nu-  
tu id ipsum ab alijs committendum: preterea prauis  
homo pessimisq; indicitur qualitatibus mulier verò  
dedecore, & infamia. Ineuus est Veneris Martisq; na-  
tura, caudę Cygni secundę magn. coniungitur.


Quando



FIGVR A XXXX V.

**Q**uando in Superiori dextræ auris parte hominis, vel mulieris neuus erumpet, ut in 45. enotet sit figura, in suis eos facit negotijs expertos, verumtamen in fortunia minatur, istius natura, & scilicet la neuis similes sunt superioribus.

Homo



## FIGVRA XXXXVI.

**H**omo, vel mulier in inferiori parte dextra auris neuo perturbati, velut 46. distinguit figura, ad angustias, discrimina, solicitudines, libidinem quoque ignisue casus presentim in dextra parte corporis pronos illos edocet. neuus ipsius est plaret natura, & stellae superioris, caudę inquam Cygni.

OMOR

De

*De Nevis in aure sinistra à Marte prædomi  
nata, prodeuntibus. Cap. IX.*



FIGVRA XXXXVII.

C Vm homo, aut mulier in medio sinistræ auris  
fuerint nevo obsignati, sicut 47. exibet figura  
nortem infamem, ac pessimam suorum causa scel&  
um'eis despondet, homo in specie homicidia con-  
vltè committet, mulier autem illorum causa erit.  
seruus est natura Saturni, Ventriceti stellæ tertiaz  
magn. consociatur.

D

Homo



FIGVRA XXXVIII.

**H**omo, vel mulier, quando in sinistræ auris superiore parte, nevo fœdabuntur uti 48. enucleat figura, læsum objunt crudele, huius nevi natura, & stella eiusdem est, ut supra.

omel.

Homo



FIGVRA XXXIX.

**H**omo, vel mulier cū in inferiori parte sinistra auris neuo laborauerit, veluti 49. emitit figura, scelostos, nefarios, atq; fures efficit, hominē insuper homicidia facturū, ac suorum causa delictorum moriturum, mulierem vexationes, ac crudelem similiiter nec m passuram; caueant propterea ab igne, & à bellici tormenti ictibus, tres iij neui ventri cōgeruntur stellæ pessimæ, ac pernicioſæ.

D 2 Quan-

52 PHILIPPVS PHINELLA AVCT.

*De neuis in recta nasi superficie Veneri affi-  
gnati, agredientibus. Cap. X.*



FIGVRA L.

**Q**uando in principio nasi hominis , vel mulieris,  
hoc est, de subcilijs. neuus emicat sicuti in L.  
deprehenditur figura. parentem eorum insce-  
liciter emoti minatur, status quoq; diu cr sitatem va-  
rijs mutationibus flagitat mulierem præterea luxu-  
riæ datam, ac miscream viuere vitam, præcaueat pro-  
præterea ab homicidijs. neuus est natura Mertis, pleia-  
tibus s. magnit. stellis conformatur;

Cum


C  
Vm  
vel  
n, adolu-  
eū natura-



## FIGVRA LI.

Cum neuus medium nasi hominis concusserit,  
vel mulieris, quemadmodum si. ossundit figura,  
adulteria eminatur eis. ipse autem neuus eadem  
est natura, & stellis quibus supra.

D , Cum



FIGVRA LIL.

Cum circa finem nasi hominis, vel mulieris ne<sup>2</sup>  
cous insurrexerit, ut in 52. conspicatur figura, li-  
bidini ad di<sup>ct</sup>os ac homicidijs pr<sup>ed</sup>ordinat, hominem  
causa mulierū, mulierem hominū, illosq; detestabiles  
& in actu luxuriaz itihonestos renunciat. hic nevus,  
est natura Saturni, & Veneris, & nedūm, pleiades. se-  
quitur, verū & Persei dexteris lateris particeps est.

Homo

H  
Om  
rip  
gura, lucr  
maritus, &  
natura ese  
confors,

De Nevis ex parte nasi dextra præferentibus. Cap. XI.



FIGVRA LIII.

**H**omo, vel mulier cum in dextra nasi à superiori parte nevi induiti fuerint, sicut § 3. eructat figura, lucra ex hæreditate nanciscuntur, per cōiugem maritus, & per virum coniux, nevus lous, & Martis natura est, Arturo stellæ primæ magnitudinis esse consors.

et D 4 Homo



FIGVRA LIV.

**H**omo, vel mulier quando in medio dextræ partis nasi nevo præmentur velut in 54. scrutatus figura, iurgia ac miseras proferit eis. nevus est natura Saturni, & Mercurij sinistro Bootis humero stelle tertie magno. concreditur.

Quando



## FIGVRA LV.

**Q**uando homo, vel sœmina ex inferiori parte de extre<sup>æ</sup> nasi neuo cruciatur velut 55. pangit figura ad luxuriam flekos inclamat, & quo magis naribus hæret, eo magis vitium exercebit, neuus est Martis, & Saturni natura, alæ dextre Corbi infima stellæ officiatur.

Homo

58 PHILIPPVS PHINELLA AVCT.

De neuis in sinistra nosi parte signatis.

Cap. XII.



VJ A V D I T

FIGVRÆ LV I.

Homo, vel scemina cum in sinistra Nosi ex parte superiori neuo erubescerint, ut in 56. eni<sup>m</sup> titur figura, mechissare eos comprobat. nevus est natura Saturni, & Veneris, pectori Cassiopeæ stellæ tertiae magnitudinis astituitur.

Homo

H  
On  
tis  
lactat fig  
moner;  
quinta m



## FIGVR A L V I T.

Homo, vel foemina cum in medio sinistre partis Nasi fuerint nevo commaculati, sicuti & iactat figura, incestus, & adulteria insequi eos commonet; nevus est natura Martis, & Lunæ, a pleides quinque magnitudinis stellas omnino confluunt.

Hoc




FIGVRA LVIII.

**Q**uando homo, vel scœmina in inferiori parte sine stræ nasi propè nares, neuo aduersabuntur, veluti § 8. dispalescit figura, infausios , ac multū in- scelices eos efflagitat, nec non sobole infœcundos ne- uus est maleficorum natura Saturni scilicet, & Mar- tis, alæ Corbi, vt pluries diximus concorporatur.

Ho;

De neuis in dextra supercili, expressis.


Cap. XIII.



FIGVRA LIX.

**H**omo, vel mulier in dextra parte dextri supercilia  
lij enitentes nevo, quemadmodum 59. erudit  
figura, scelices in suis eluent negotijs, r. euus est na-  
tura Iouis, & Martis, Cani maiori stellæ primæ mag-  
gn, coagulatur.

Hec



XVII. FIGVR A L X.

**H**omo, vel foemina cum circa medium superfici-  
lij dextri, neuo tacentur, vt 60. instruit figura,  
bonum eis præmonstrat connubium , ac valde esse  
faustos , nevus est natura , & stella superiorum.

*Home*

666666666



## FIGVRA LXI.

**H**omo, vel mulier cūm in parte sinistra superciliij dextri neuo fuerint nobilitati sicut 61. addigat figura, stat us fœlicitatem, bñnamuè in matrimonij afferit fortunam. tres isti neui in dextro cilio cadi maiori necuntur, et Iouis, Martisque uatura sunt.

Cum


De Nevis in sinistro supercilio promptis.  
Cap. XLV.



FIGURA LXI.

Cum homo, vel mulier fuerint in dextera supercilij sinistri nevo infirmati, velut 62. pronuntiat figura pravia ac pessima contrahent configit, nevus est natura Martis, Ursæ minori stellæ secundæ magnæ obstringitur.

Quan



## FIGVR A LXIII.

**Q**uando huomini, vel mulieri in sinistra sinistri supercilij neuus erumpet uti 63. enarrat figura, improbae vitæ, morumque malorum eos esse nulgat; neuus est natura, & stella ipsa.

E Cum



## • FIGVR A ALXIV.

Cum hominj, vel mulieri in medio supercilij si-  
nistrj neuis concreuerit sicuti 64.admonet fi-  
gura, mœchari illos affuerat, nec bonis frui con-  
silijs.tres isti neui Vrsæ minori quo supra referun-  
tur,

LIBER I. NEVORVM 79

De Neuis in circa os interessentibus.

Cap. XIX.





FIGURA LXXXVII.

Cum in hominis, vel mulieris dextra parte oris  
neuus adfuerit, sicuti ipsa 77. probat figura,  
bonam fortunam, ac opum ex ingenio, & industria  
ad optionem præbet, extraq; patriam mortem subi-  
re impugnat. neuus est natura Mercurij, & Iouis,  
Capræ stellæ primæ magnadiung tur.

Cum

Sc FILIPPVS FINELLA AVCI



FIGVR A LXXVIII.

CVm ex dextra hominis, vel mulieris parte oris,  
magis propè labia, neuus interfuerit, veluti 78.  
determinat figura, bona peragent matrimonia, val-  
dèque prospera fortuna pollebunt. neuus est Vene-  
ris, Mercurijque natura, fundo vasis stellæ quartæ  
magnitudinis creditur.

Quar-



## FIGVRA LXXIX.

Vādo in homini, vel mulieri dextra parte oris,  
Q magis erga medium præterit neuus, quemad-  
modum in 79. obseruatur figura, claros offen-  
dit eos esse ingenio, ac diuitijs, & hæreditatibus af-  
fluentes, neuus est natura Mercurij, & Iouis, Ca-  
pram complectitur prima magn. stellam.

F

Homo

1663



FIGVRA LXX X.

**H**omo, vel mulier cum in superiori parte sini-  
stra oris fuerint nevo protecti, ut 80. depin-  
git agura, aliquid mali ex Venereis subituros ar-  
guit nevus est natura Martis, & Mercurij, orionis  
humero stellæ primæ magn. meitur.

Hoj



FIGVRA LXXXI.

Homo, siue mulier in medio sinistræ partis oris.  
Hneuo exagitati, sicut 81. increpat figura, galli-  
co morbo sauciari incusantur hominem prætere  
ulceribus in virga, & genitalibus in natura mulie-  
rem vexari. nevus est natura Martis, extremitati  
caudævrsæ stellæ secundæ magn. annectitur.

F 3 De

DE NEVIS IN DEXTRA PARTE MENTIS MICANTIBUS.  
Cap. XX.



FIGVRA LXXXII.

**H**omo, vel mulier cum ex superiori parte dex-  
træ mentis exultauerint nevo, velut 82. diluci-  
dat figura, secundam in omnibus eorum negotijs  
principiæ matrimonij fortunam largitur eis. ne-  
vus est natura Saturni, & Veneris, lucidae Hydræ  
stellæ secundæ magnæ alligatur.

Hej



FIGVRA LXXXIII.

**H**omo siue mulier cum in medio dextre par<sup>2</sup>  
tis menti, neuo fuerint exaltati, vti 8 3. propa<sup>4</sup>  
lat figura in lucrorum coaceruationibus. ac in cū<sup>4</sup>  
etis sc̄licitatem eis innoteſcit; neuuus est natura  
Veneris, & siellæ superiori ſimilis est.

F 3 Cum



FIGVRA LXXXIV.

C Vm homo, vel mulier ex inferiori parte dex-  
træ menti neuum gustauerint sicuti 84. predi-  
ca figura, fortunatos cum Dominis, & Principibus  
ac in longis itineribus eos ostendit. neuus est na-  
tura Iouis, & Marlis, cor Leonis stellā primā mag-  
nitudine insequitur.

De

CT.  
TIBER I. NEVORVM. 87  
De neuis ex menti parte sinistra rutilanti-  
bus. Cap. XXI.




FIGVRÆ LXXXV.

**C**VM homo, vel mulier ex superiori parte frontis  
sæ menti, nevo umbrati fuerint, veluri 85.  
exantlat figura, pessimæ eos esse naturæ condicit,  
hominem videlicet homicidem, & proditorem  
mulierem seinarium homicidiorum. nevus sa-  
tis est angustiosus, estque natura Saturni ventri ce-  
ri certæ magnæ stellæ æquiusalet.

F. 4

Homo

662 3643



FIGVRA LXXXVI.

**H**omo vel sœmina, quando in medio sinistræ  
menti elanguescent neuo quemadmodum  
in 86. dignosciunt figura, homicidia commissuros  
illis protendit, hominem proprium consanguineum  
ne caturum , mulierem vel talis causâ dilecti.  
neuus est natura, & stella eisdem quo supra.

Cum



FIGRA LXXXVII.

**C**Vm in inferiorem partem sinistræ menti ho-  
minis, vel mulieris nevus dominabitur, vt 87.  
delicat figura, discrimina, cum malorum, maxime  
in conoubijs exigendis inculcat, lites quoque ini-  
micitias, bonorum iacturam, ac ægritudines exci-  
tar, & breuem vitam decurrent nevus est natura,  
& stella præcedenti.

Ho.

90 PHILIPPVS PHINELLA AVCT.  
De neuis in dexera Colli parte corruscan-  
tibus. Cap. XXII.




FIGVRA LXXXVIII.

**H**ominis, vel mulieris superior pars dextræ  
colli, cum fuerit vestita nevo; sicut in 88. me-  
ditatur figura, de quadrupedis, altisque locis reue-  
re eos lasset, mulierem præterea vteri doloribus,  
grauibusque discruciaris periculis, nevus est: natu-  
ra Saturni, naso ceti stellæ tertiae magnitudinis con-  
ceditur.

Quando

OBEGIT



## FIGVRA LXXXIX.

**Q**uando in medio dextræ partis Colli hominis,  
vel mulieris, neuus exiliet, velut in 89., dilu-  
cet figura, boni eos ingenij, verum periculis  
valde addictos efficit, quorum tamē pleramq; ef-  
fugient partem, neuus est natura Saturni, & Veno-  
ris pectori Cassiopeæ tertiaz magn, stellæ mancipat  
tur.

Quan-

De n




FIGVRA XC.

**Q**uando in hominis, vel mulieris inferiori partæ dextræ colli, neuus morabitur vii, in quo exanimatur figura, in aquis demersionem, procul tamen à vita discrimine interpretatur eis. nevus est natura, & stella præcedentibus.

De

C  
figura  
nes p  
in par  
ne ple


LIBER I. NEVORVM 93  
De neuis in medio Colli, ex ante iori parte  
exultanibus. Cap. XXIII.



FIGVRA. XCI.

C Vm in hominis. vel mulieris superiori parte  
medij colli neuus extiterit, sicuti in 91. iaceat  
figura, suffocationes, strangulationes, ac suspensi-  
ones prouocat, mulieri præcipue uteri dolorem, &  
in partu pericula: neuus est natura Martis, & Lu-  
næ, pleiadibus quinta magn. stellis institutus,

Homo




FIGVRA XCII.

**H**omo, siue mulier in medio gutturis, & pro priè ubi pomum, nculo donculati veluti prorumpi figura, lachum crudele, et ut plurimum à caraifice intentat neus est natura, et stella superior:

enodat

H.



## FIGVRA XCII.

**H**omo, vel mulier cum de sub gutturis nodo  
in medio fuerint neuo reprahensi , adeo ut  
nec dextram, nec sinistram petat, quemadmodum  
in 93. speculatur figura , graua illis deceperit vo-  
lentis pericula mortis, in tres hosce neuos prædo-  
minantur Pleiades,

D.

96 PHILIPPVS SPHINELLA AVCT.  
*De neuis in sinistra colli parte existenti-  
tibus. Cap. XXIV.*




FIGVRA XCIV.

**H**omo, siue mulier quando ex superiori parte  
sinistram colli superabundabunt neuo, ut in 94  
prælucet figura, se flocationes vitamque breuem in-  
digat, mulieri signanter in partu periculum, vte-  
rique dolorem nevus est natura Saturni, & Lunæ  
pleiadibus sequentibus quinque magn. stellis adlegat-  
ur.

Q

Quando



FIGVR A XCV.

**Q**Vando huomini, vel mulieri in medio sinistre colli neuus gliscet, sicut 95. definit figura, suflocationem, capitis obtruncationem, ac suspensio; nem promulgat, mulieri particulatum vteri exinationem. neuus ev natura, & stellis præcedentibus

G L



FIGVRA XCVI.

C Vm neus in inferiorem partem sinistræ collæ hominis, vel mulieris fuerit dominatus, velut 96. ionuit figura, neci atroci subiacere eosannuit; omnes isti neui pleiadum quibus supra natura sunt.

De

LIBER I. NEVORVM.

99

*De Nevis duplicitibus in anteriori parte colli  
splendentibus. Cap. XXV.*



FIGVRA XCVII.

**C**Vm in hominis, vel mulieris collo ex utraque parte pom i per oppositionem, duo nevi gemi nauerint. vti 97. effundit figura, discrimina, fortunæ iniquitates, ac in carnificis incidere manus concitat. Nevi sunt Saturni natura, nasi ceti quintæ magnitu. Stellæ hærent.

100 PHILIPPVS PHINELLA AVCT.

*De Neuis posteriori Colli parte in astragalo  
positis. Cap. XXVI.*



FIGVRA XCVIII.

**H**omo, siue mulier in astragalo neuo contesti, sicuti 98. canit figura, calamitates, & carcera- tiones promulgat, torturam, & per carnifcem ne- cem irritat, mulieri in specie turbulentias grauiaque damna. neuus est natura Martis, & Lunæ, ex pleia- dibus, & medusæ capite participat.

De

LIBER I. NEVORVM.

101

*De Neuis in fine colli erga bumerum dextrum  
affidentibus. Cap. XXVII.*



FIGVRA XCIX.

**Q**uando huomo, siue mulier in fine colli erga dextrum armum neuo gloriabuntur, veluti in 99. corruscat figura, amori mancipatos illos assignat, mulier summatim à nobilibus adamabitur instabilis tamen, & inanis gloriæ cupida. neuis est natura Saturni, & Veneris, Cassiopeæ pectori, stellæ tertiaræ magnitud. colligatur.

Homo




## FIGVRA C.


**H**omo, vel mulier cum in fine colli erga sinistrum humerum neuus super bierit, quemadmodum 100. dicitur figura. deterrimæ eos fore naturæ pulsat, & ad malum proclives magis quam ad bonum, alios plagi appetent, appetentur & ipsi; mulier insuper sine honore erit, impudica, ac reserta maculis, neuus est natura Saturni, & Veneris, Persei lateri dextri stellæ magnæ applicatur.



**N**E faciei situationes neuorum, de quibus  
in primo hoc nostro pertractamus libro,  
perturbaremus multitudine, & ut cu-  
iosis lectoribus, eos apprebendendi intellectu,  
umanitatem permitteremus, illos simpliciter  
delincauimus, non multo labore dignoscendos.  
De reliquis dein, ceteris in faciei locis, ipsius-  
iue membris emergentibus, agemus in secundo,  
& de quam babent cum in corpore diffusis,  
corrispondentia, & eorum proprietatibus, ac  
significatibus, in tertio, & quo in primo hoc  
œpimus instituto, metipso quoque pergemus  
in ceteris







g  
g  
g

